



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

133. Procurator ad permutanda beneficia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

alia magis forensia quæstionum genera pergamus.

133
Procurator
ad permutã-
da beneficia.

Ait Pont. *Intelleximus G. canonico referente.*

Quærit huius relationis personalis occasione Collectarius noster, Gaufredus nempe, nunquid Procurator simpliciter, constitui possit ad permutandum beneficium cum alio? causa dubitandi fuit quod Procurator nemo cõstitui possit nisi ad ea quæ dominus ipse facere possit c. vlt. s. de dilat. atqui nemo per sese potest simpliciter permutare beneficium suum ecclesiasticum cum alio, sed superioris accedere debet auctoritas; vt præter alia plurima loca hoc etiam nostro capit. & capit. præcedenti constitutum videmus. Concludit itaque Gaufredus hic nu. 1. Procuratorem ita quidẽ constitui non posse; sed nihil obstare quo minus (quod est in praxi quotidianum) constituatur procurator ad resignandum beneficiũ ex causa permutationis in manu superioris id est Episcopi cum hac adiecta conditione si eidem Episcopo placeat resignationem sic acceptare: quia nec aliter vel permutare vel resignare potest ipsemet dominus id est beneficij possessor qui permutationem fieri desiderat. Grauioris est quæstionis à Federico Senensi non ineleganter motæ in tractatu suo de permutatione beneficiorum quæst. 37. an vnus idemque possit esse Procurator vtriusque permutantis: ac respondet, ita sese credere, nimirum posse; atque ita in praxi obseruari. nec enim nouum quid esse vt vnus idemq; vicẽ gerat plurium; vti fit

134
An vnus i-
demq; possit
esse Procura-
tor vtriusq;
permutantis.